

utimur ad amicos eisq; causas nostras expe-
diendas committimus. quo nobis fieret causa
mors accessus per libros preteritorum remi-
niscimur. de futuris quoddammodo prophetam
presentia que labuntur et fluunt scripture me-
moria stabilimus. **F**elix studiofita et studi-
osa felicitas ipotentis eunuchi de quo actuum
octauo narratur. quem amor prophetice lecti-
onis accenderat tam ardentem q; nec ratione
itineris a lectione cessaret. **R**egine cauda
cis proplasma obliuioni tradiderat. gazas
quibus perat a cura cordis semouerat. et tam-
en q; curu quo ferebat neglexerat. **S**olus
amor libri totum sibi venditauerat domiciliu
castitatis. **Q**uomodo disponente. mox fidei ianu-
am meruit introire. **D**e graciosus amor libro-
rum qui gehenne filium et alumpnum tartari
per baptismalem gratiam filium fecit regni.
Cess; iam stilus impotens infiniti negocii con-
summare tenorem. ne videatur aggredi teme-
re quod in principio fatebatur impossibile cui
q; esse. **Capitulū xvi. de libris nouis scriben-**
bis et antiquis reparandis.

Sicut necessarium est. rei publice pugna-
turis militibus arma providere milita-
ria. **E**t congestas victualium copias

parare sic ecclesie militanti contra paganorum
et hereticorum insultus. opere precium constat
esse librorum sanorum multitudine communire. **H**ec
quia omne quod seruit mortalibus. per lapsum
temporis mortalitatis dispendia patitur. ne
cesse est vetustate tabefacta volumina inouatis
successoribus instaurari. ut perpetuitas que re
pugnat nature indiuidui concedatur speciei. **H**ic
est quod signanter dicit ecclesiastes. facienda
plures libros nullus est finis. Sicut enim librorum
corpora ex contrariorum commixtione compacta sue
compositionis continuu sentiunt detrimentum.
sic per prudentiam clericorum est repieri remedium
per quod liber sacer soluens nature debitum he
reditarium obtineat substitutum et simile semine
sacrisacro mortuo sustitetur. verificeturque sta
tim illud ecclesiastici xxx. mortuus est pater illi
us. et quasi non est mortuus. similem enim re
liquit post se filium. **S**unt ergo transcriptores
veterum quasi quidam propagatores recentium fi
liorum. ad quos patrum deuoluatur officium ne
municipium minuatur. **H**anc huiusmodi trans
scriptores antiquarii nominantur quorum studi
a inter ea que complentur labore corporeo plini
us sibi placere confitetur. de institutione diuina
rum litterarum in. capitulo ita subdens **F**elix

inquit scientia • laudanda sedulitas manu ho-
minibus predicare • linguas digitis aperire •
salutem mortalibus tacitum dare • et contra di-
aboli temptationes illicitas calamo et atramen-
to pugnare. **Hec ille •** Porro scriptoris officiū
saluator exercuit • dum inclinans se deorsum di-
gito scribebat in terra **Iohannis octauo** • vt nē
lus quantūcumq; nobilis dedignetur hoc face-
re • quod sapientiam dei patris intuetur fecit
se **D** scripturę serenitas singularis ad cuius fa-
bricā inclinatur arctifex orbis terre • i cuius tre-
mendo nomine flectitur ōne genu • **D** venerā-
dum arctificiū singulariter p̄ cunctis praribz •
que hominis manu sūt • cui pectus dominici i-
curuatur humiliter • cui digit⁹ dei applicat vice
calami fictus • **Ceter⁹** dei filiū vel arasse tepul-
se vel fodisse non legimus • nec quidq̃ aliud
de mechanicis decebat diuinam sapienciā huā-
natā • nisi scribendo litteras exarare vt discat
quilibz generosus aut sciol⁹ qd hominib⁹ digi-
ti tribuūtur ad scribendi negocium potius q̃
ad bellum • **Vnde** librorum sententiam appba-
mus qua clericam inertem scripturę cōsuerūt
quodammodo manuum fore • **Capitulo sexto sup̄**
Scribit iustos in libro viuencium deus ipse •
lapideas quidem tabulas digito dei scriptas

moyses accepit **S**cribat librum qui lubicat.
Job proclamat. digitos scribentis in pariete.
mane. rechel. phares. balthasar tremens vidit
danielis quinto. **E**go inquit iheremias scribe
bam in volumine atramento iheremie xxxvi.
Quod vides scribe i libro. xpus iohanni caro
suo precepit apocalipsis primo Hic ysaye. hic
iosue officium scriptoris iungit ut ta art? q? pe
ticia futuris in posterum omenetur. **I**n vestimen
to et i femore scriptum habet rex regum et dominus
dominantium xpus ipse. ut sine scriptura neq
at apparere pfectum omnipotentis regium orna
mentum. Defuncti docere non desinunt qui sacre
sciencie libros scribunt. **P**lus paulus scriben
do sacras epistolas ecclesie profuit fabricade
q? gentibus et iudeis ewangelizando sermone.
Pempe per libros cotidie continuat comprehen
sor. quod olim iterra positus ichoauit viator
Sicq; verisicatur de doctores libros scriben
tib; sermo propheticus. danielis xii. **Q**ui ad
iusticiam erudiunt multos. erunt quasi stelle i
ppetuas eternitates. **P**orro sollicitudine anti
quorum priusq? deus originale mundum catha
clismo dilueret. ascribendam miraculo non na
ture catholici decernere doctores. ut deus tantum
eis vite concederet. quantum reperiendis et i libris

scribendis sciencijs conueniret. **I**nter quas astronomie miranda diuersitas vt experimēta liter visui subderetur sexcentorum annorum periodum secundum iosephum requirebat. **V**erū tamen non abnuūt. quin terrenaſcencia illius temporis primitiui valius alimentum preſtarent mortalibus q̃ moderni. quo dabatur nō solum hilarior corporis endelechia. sed etiam diuturnior florens etas. **A**d quam nō modicū contulit quod virtuti viuebant omnimode. reſecato superfluo voluptatis. **I**gitur quisquis dei munere es diſtatus iuxta conſilium ſpiritus ſancti eccleſiaſtici xxxviii. ſapientiam ſcribe in tempore vacuitatis vt ad p̃m̃ium tibi cū beatis et ſpatiū augeatur etatis. **C**etm ſi ad mūdi principes diuertam? ſermonem. ipatores egregios inuenim? nō ſolū artis ſcribendi p̃iā a floruiſſe. ſed et ipi? opi plurimū indulſſe. **J**ulius ceſar prim? oīm et tēpore et vtute omētarios eliq̃t tā belli gallici q̃ ciuilis. a ſemet ipſo ſcriptos. **I**tē de analogia duos libros et athicathones totidē et poema q̃d iſcribit iter. **E**t opuscula alia mēta fecit vt tā iuli? q̃ aug? tus cautelas ſcribēdi lēā; occultaret. **N**ā iuli? q̃tā lēā; poſuit loco p̃e et hic deiceps alphabetū expēdit auguſt? ṽeo ſeſaz p̃ p̃ā et p̃ ſeſdā t̃ciā

et ita deinceps vsus fuit. **V**ic in mutanēſi bello
i maxima mole rerū. cotidie ⁊ legiſſe et ſcrip-
ſiſſe traditur ac etiam declamaſſe. **T**iberius
liriā carmen ſcripſit ⁊ poemata quedā grecā.
Claudius ſimiliter tā greci q̃ latini ſermonis
peritus. varios libellos fecit. **S**ed pre alijs et
hjs titus i ſcribendi pericia floruit. qui cuius-
cūq; volebat litteram mutuauit ſacilime. vnde
ſe fatebatur falſariū maximū ſi libuiſſet. fieri
potuiſſe. **H**ec omnia ſuetonius de vita duodeci-
ceſarj annotauit. Capitulū xvij de libris mū
de tractandis et collocandis.

Non ſolū deo preſtamus obſequiū nouorū li-
brorum ꝑparando volumina. ſ; ⁊ ſacrate
pietatis exercemus officiū. ſi eoſdē nunc illeſe
tractem⁹. nūc locis ꝑdoneis redditos illibate
cuſtodie cōmendemus. vt gaudeant puritate
dum habentur in manibus et requieſcāt ſecure
dum i ſuis cubilib; recōduntur. **N**imium poſt
veſtes ⁊ vaſcula corpori dedicata dominico. ſa-
cri libri merentur a clericis honeſtius contrec-
tari. q̃ totiēs eos preſumūt attingere manu ſe-
da. q̃ obſcūre exhortari ſtudētes ſup negligēcijs
varijs reputam⁹ expediens que mutari ſacili-
ter ſemper poſſēt ⁊ mirabiliter libris nocent.
In primis quidem circa claudenda ⁊ apienda